

Wilhelm David Habermann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Wilh. David. Habermann.
Med. D. ... Funus Acerbissimum Viri ... Dn. Joh. Mauricii Poltzii, Phil. & SS. Theol.
D. ... a Vidua Ipsus Moetissima ... Sophia Quistorpia, Ad Horam I. Diei II.
Decembris Anni Labentis 1708. solemniter paratum, indicit ... Cives Academicos
... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1708

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769835422>

Druck Freier  Zugang



Habermann, W. D.,

in

J. M. Poltz.

Rostock. 1708.

18.

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
WILH. DAVID. HABERMANN.
Med. D. Ejusd. Professor Publ.

FUNUS ACERBISSIMUM
VIRI SUMME REVERENDI ET EXCELLENTISSIMI

**DN. JOH. MAU-
RICHII POLTZII,**

PHIL. & SS THEOL. D. REV. MINISTERII SENIORIS AD
S. JOHANN. itemq; S. SPIRITUS PASTORIS MERITISSIMI

VIDUA IPSIUS MOESTISSIMA
NOBILISSIMA OMNIQUE VIRTUTUM GENERE ORNATISSIMA
SOPHIA QVISTORPIA,

Ad Horam Diei 11. Decembris Anni Labentis 1708.
solemniter paratum,
indicit;
Si uero ad Exequias freqventi Præsentia benevole ornandas
PROCESSET CIVES ACADEMICOS suis qvosq; titulis
conspicuos ea qvâ fas est humanitate invitat.

Rostochii, typis Joh. WEPPLINGII, SER. PRINC. & Univ. Typogr.



A&tenus Fortuna vi-
debatur nobis admodum placa-
ta & propensa, præsertim cum
ad omen faustissimum solis Lu-
næque conjunctionis Regiæ,
nostra invitaret nuper gaudia;
eadem ipsa tamen desubito &
vix die elapso mutabile suum
ostendit ingenium, & ad Lugubrem insignis cujusdam
Stellæ Eclipsin contemplandam, tristissimumqve pie-
tatis officium præstandum, nosjam vocat. Sed
fallor! non Fortuna, fragile illud figmentum;
verum sanctissima illa Vis est, quæ ita
providè curat dispensatqve humana: hæc nobis
nunc dulcissimum mel propinat, ut se nos amare mon-
stret; nunc amaram nobis alocen offert libandam, ut
nos esse homines commonefaciat. Solet enim tran-
qvillitati diuturnæ adsuetas humanas mentes sæpè
deprehendere vertiginosus sopor, à qvô nos optimè
præservant amara. Hæc sunt illa vertè balsamica, quæ
nostram sanitatem securam atqve sanam felicitatem
præstant.

A&t

Ait securissimā sanitate & summā felicitate nūc
gaudet Summē Reverendus & Excellentissimus DN.
JOHANNES MAURICIUS POLTZIUS, Phil.
& S. S. Theol. Doct. Laudatissimus, Reverendi Mi-
nisterii Senior, & ad S. Johan. per XLI. annos, ad S.
Spiritus verò ædem per XXII. annos Pastor longè me-
ritissimus :

Qui rebus humanis exemptus, nobis tristissimum
desiderium sui, & acerbam hanc scribendi materiam
reliquit. Cineribus hujus Viri Beatissimi, debitum
solvamus honorem, fuere enim domicilium Vitæ in-
tegerrimæ & dignissimæ, quæ nobis in exemplum po-
natur atque post mortem qvoq; in animis nostris vivat.

Vitæ suæ principium cepit, primamque in
orbe lucem aspexit Anno Æræ Christianæ 1618 d 4.
Maij. d. ♀ hor $\frac{1}{2}$ Secund. noct. Genitore
Viro Plæclarissimo DN. M. JOHANNE POL-
TZIO, Carolinis Thermis Bohemo, Gymnasii tunc
Berolinensis Rectore, antehac FCTis Philosoph. in A-
cad. Witteberg per annos complures Adjuncto; Ma-
trevero Matrona Pientissima & Virtuosissima, CA-
THARINA BUTELIA, Viri qvondam Consultissi-
mi. DN. MAURICII BUTELII insignis JGti,
atque Dicasterii Electoralis, qvod Primislaviae est
Advocati, ordinisqve equestris Syndici nec non civita-
tis jam dictæ Senatoris meritissimi; ut & Matronæ
per quam honestæ CATHARINÆ LUDECÆ filia-
Avo vero Viro plurimum Reverendo atque Clarissimo
DN. GEORGIO POLTZIO, Ecclesiæ Schöns-
waldensis in Bohemiâ per integros XXV annos, &
postquam propter Lutheranam Evangelii confessio,

A 2

nem

nem, loco pulsus esset, Beuzenburgensis in Marchia,
Pastore vigilantissimo. & Avia Matrona honestissima
CATHARINA SEGERIN. His Genitoribus
planè eximiis prognatus B. Noster, anno ætatis suæ
primo statim adversam cum Parentibus fortunam, du-
biumque Neptunum expertus est. Cum enim Pestis
tunc temporis Berolini ingravesceret, Parens ejus
permisso Amplissimi Senatus, post oculum tunc
Gymnasium una cum aliis amicis familiam supersti-
tem per Havelam Albimque fluvios Hamburgum ad
Affines Cognatosque traduxit. Cumque veterem
tunc præceptorem ac Patronum *D. Nicol. Hunnius*
Superint. Lubecensem accersitus adiret, auctor is ipsi
fuit, ut resignato Berolinensi Rectoratu, inclytæ Wis-
mariensium Scholæ regimini se addiceret; quod & fe-
cit, filiumque simul Hunc suum Scholæ istius alumnis
adscripsit. Sed parente Anno 1644. spe citius Wismari-
æ piè defuncto, Materterta Nostri **ANNA ELI-
SABETHA BUTELIA**, Clarissimi *M. Viti Huf-
nagelii*, Scholæ Primislavienium, tunc Rectoris,
deinde vero ibidem Pastoris Conjux, Eundem octen-
nem tunc puerum sibi educandum à Matre vidua re-
quisivit & obtinuit: verum cum anno mox secundo
tenaci corriperetur morbo, qui integrum fere annum
decumbere ipsum fecerat Primislaviæ mater Wis mari-
am revocare filium cogebatur. Quo cum rediisset,
meliusque æger haberet Scholæ redditus est: in quâ sub
præceptoribus fidelissimis, in pietate literisque lauda-
biles fecit progressus; ac Anno 1649. Rostochium una
cum quibusdam commilitonibus concessit, & prævio
depo-

depositionis ritu pro more illius temporis nomen suum
Albo Academicō est professus.

Tum verò Providentiā, Orphanos viduasqve cu-
rante, factum est, ut Mater post sexennium viduita-
tis laudabiliter peractum, transfiret ad matrimonium
secundum, cum viro Plur. Reverendo M. Joachimo
Brüden / Templi Mariani, qvod Wismariæ est,
Archidiacono: qui affectu verè paternō, nil earum
curarum omisit, qvæ ad erudiendum ornandumqve
huc suum Privignum, & qvem adsciverat Commi-
litonem JOACHIMUM SCHROEDERUM, Maxime
Rev. Dn. M. JOACHIMI SCHROEDERI, Pastoris
hic Johannei filium natu majorem, dehinc Beati nostri
Dn. affinein, jamqve apud Gustrovenses Concionato-
rem Aulicum, & Superintendentem Districtus Gu-
strovensis gravissimum facere existimabat: eumqve
tradidit in disciplinam exqvisitæ Doctrinæ Viris, Recto-
ribus tum temporis Scholæ Wismariensis, qvorum
ductu eximia in Linguis, Oratoria, Poesi & Matheſi
jeçit fundamenta. Anno 1656 ad Gymnasium Hambur-
gense processit, ibidemqve sub Dn. Joach. Jungio Re-
ctore. Dn. Petro Lambecio, incomparab. Polyhistore,
(qui deinde ad Pontificiorum castra proh.dol. detecit)
D. Kirſtenio egregio Mathematico, aliisqve Præcellen-
tissimis Professoribus, in Linguis orientalibus om-
nib. Philosophia. Theologia. Matheſi felicissimos fecit
egregiæqve ſpei progressus. Anno 1658. Aca-
demiam hanc denuo ingressus., Professores toto orbe
celebratos, publice privatimqve audivit: nempe in
Theologicis, D: Job, Georg. Dorscheum. D. Herman
Schuckmannum

Schuckmannum. D Casp. Mauritium. D Joh. Quistorpiam
II. D. Joh. Christ: Ottonis. In Ebraicis D. August. Va-
renium. D. Mich Cobabum in Matheſi, D. Gosmannnum. in
Metaphyl. D. Laur. Bodockium in oratoria. D. Wolden
bergium in græcis. M. Andream Tſcherningium in Poesi.
M. Dringenbergium in Ethicis, M. Matth. Was-
mutium in Ebraic. & Arabic. Hisce junxit quoque
privatos Magistros diversos egregios Viros, in quibus
sunt M. Theod Jordanus Luneb. Philosophus perquam
eruditus. M. Georgius Niehenckius, hodie apud nos Pa-
stor Marianus meritissimus Collega Beati Nostri con-
junctissimus, aliique. Anno 1659. sub Praesidio
M. Barthii Disputationem publicam de Amoribus E-
gregiorum & de agnata his materia, scilicet incubis
& succubis cum laude habuit; opponente tum & egre-
gio Epigrammate (quod videre est in Programmate
Dissertationi Inaugurali Beati N. praefixo, ex quo
Programmate haec et seqventia sunt defumpta) ludente
& gratulante incomparabili polyhistore Morboſio, qui
tum erat Studiosus, & Amicus Beati N. singularis. Stu-
diis hac ratione & ardore indefesso per biennium
continuatis animum ad peregrinandum applicabat
& Anno 1659. Filiis Chiliarachæ Suecici cujusdam E-
phorus electus, cum iisdem in Insulam Danorum
Fioniam, ad filiorum Parentem, profectus est, post-
modum ad exteris iter ingressurus. Danis vero
circa id temporis ex improviso Insulam hanc suam
recuperantibus. Suecisque cum Chiliaria ductis
captiivis, mutavit itineris suscipiendi consilium: &
Ottoniae (est metropolis Insulae) apud Literatos &
Cynnasii

Gymnasii Professores remansit ; ibidemque *Sophia Rosencrantzia* Præstantissimæ Archimarechalli Danici Dn. Andre. Billen Vidua, nepotes duos ut & *Falconem Brahe*, informavit.

Biennio in hâc Insula exacto, in Sueciam profectus, filiis Dn. *Johannis de Hagen* Reg. Majest. Suecicæ Factoris mox Ephorus dabatur, cum qvibus. Anno 1664. ad Academiam Upsaliensem missus : ubi ultiores in S S. Theologiâ & Philosophiâ progressus fecit, Celeberr. Theologorum D. *Laurentii Sigzelii* & D. *Lithmanni*, *Christiani Ravii*, aliorumqve consuetudine usus. Upsaliâ poraro perrexit Holmiam Suecorum, ubi magnum Patronum Dn. *Joh. Jacob Peissium* Eccles. Germanicæ Pastorem & Episcopum Esthoniæ designatum, invenit ; cujus nutu sacerdus in Eccles. German. templo concionator auditus est. Qvamvis autem promotionis spes sub tanto ibi Patrone affulgeret, Matris tamen precibus Wismariam Anno 1666. retrahebatur. Ubi Magnis Viris, præcipue Illustri Cto *Mevio*, tunc Tribunal. Vice-Præsidi, ignotus esse non potuit : cujus præsertim ope in notitiam præcipue hujus Civitatis Consulis Meritissimi Dn. *Matth. Liebherrii* devenit. Ubi ergo rediit ad Universitatem nostram, hospitio t. t. Plur. Rev. L. *Grapii*, tunc Logices Professoris & FCtis Philosoph. Decani exceptus est ; qui Magisterii mox gradum diu promeritum ipsi contulit. Facultate sic docendicum gradu instructus Collegia non tantum Studiosis cum applausu aperuit ; sed & ex Doctrina Theologorum eruditione immortalium D. *Varenii*. D. *Muleri*.

leris D. Cobabi, qvibus perpetuo adhæsit, sibi eruditio-
onis veræ thesauros acqvisivit.

Tandemqve obtinuit quod Pietas & Eruditio Ipsius
merebatur. Inter hæc enim studia Anno 1668. Promotore
supralandato Consule Dn. Liebherrio, ab Amplissimo
hujus Urbis Senatu, Viro Emerito Plur. Rever. Dn. M.
JOACHIMO SCHROEDERO, ad D. Johannis tem-
plum hic Pastori, Deo ita Disponente surrogabatur; cu-
jus quoqve filiam **SOPHIAM**, Virginem tunc Lectissi-
mam, Ivasu Plur. Rev. Avunculi sui magni M. LU-
DECI, Pastoris & Inspectoris Francofurteensis ad Via-
drum, matrimonio sibi jungebat: quam ut summe
amavit, ita cum eâ conjunctissimè vixit, uterat lane
leni cum primis sedatoque ingenio; ab ipsa 9, libero-
rum parens est tactus, ex quibus quatuor ad plures abi-
erunt, & qvinqve adhuc per DEI gratiam supersunt.
Filii nempe duo nimirum Plur. Rev. DN. **JOHAN-
NES JOACHIMUS POLTZIUS**, Philosophiæ
Magister & Ecclesiæ Furstenbergensis Pastor benè medi-
ritus, (qui sibi in thori sociam elegit Anno 1700, ex Aulâ
Ducali Streliziensi, Virginem Lectissimam, **JOHAN-
NAM ELEONORAM ELISABETHAM GAR-
DEMINN.**) & DN. **MATTHÆUS DIETERI-
CUS POLTZIUS**, Medic, hodiè Doct. experienti-
simus (qvi vinculo conjugali sibi junxit Virginem
ornatissimam **ANNAM CATHARINAM KREYEN**,
Viri Ampliss. Prudentissim iq; DN. **DANIELIS HEN-
RICI KREYEN** Consulis Wollinensis primarii filiam)
ex quibus Venerandus Avus vidit, neptem svavissimam
Supersunt & tres Filiae, Virgines Florentissimæ.
DOROTHEA

DOROTHEA CATHARINA. SOPHIA ELI.
SABETHA & EVA MARIA. Egregiâ vero
hâc priori Conjugâ SOPHIA SCHROEDERIANA
Anno 1685, piè demortuâ Beatus Noster anno seq. 1687.
post molestum ac triste Viduitatis biennium secundis
sibi votis Deo sic volente, alteram junxit SOPHIAM,
Bi Dn. D. QVISTORPII II., S. S. Theol. P.P. cele-
berr. FCtis Theol. dum viveret Senioris, ad D. Jacob.
Pastoris & R. Ministerii Directoris longè meritissimi,
Filiam natu majorem, Virginem tunc Virtuosissimam,
& Conjugem tantæ in Maritum fidei, quanta in ullam
cadere potest; quæ qvantis doloribus Beatum, tam
subitò ereptum, prosequatur, quilibet facile conjicere
potest, prælertiū cum mutuus & integerrimus fuerit
amor, quo se invicem tuere per 22. annos durantis
Conjugii complexi. Ex qua similiter prognati sunt
qvinque filii, unaque filia: Sed quatuor filii cum filiâ
mortales esse desierunt, unico adhuc superstite per
Dei gratiam Filio HENRICO CHRISTOPHORO
POLTZIO, Philol. &s. s. Theol. Studioſo ſolertiffimo
& Paternarum virtutum æmulo, quem DEUS in Viduæ
Matris mœſtissimæ ſolamen diu validum florentemq;
effe jubeat; nec minus Clarissimæ Familiæ lachry-
mas benignissimè abſtergat, n. ororemq; acerbifſi-
mum efficaciter leniat!

Licet autem Pastoralis officio, hoc eſt Laboribus
& moleſtiis, diſtrictus eſſet Beatus Noster, non tamen
deſtitit Academicis vacare laboribus: Sed Academicæ
Juventuti ſubinde Collegiis modo Mathematicis, modo
Ebraicis, modo Homileticis, alijsq; profuit: ediditque
B egregios

egregios Ingenii sui fœtus , nimirum Vitam Christi , Germaniam Regnante. Chronicon Hungariae . Primordia Berum & Opus Creationis Primi diei , quæstionibus 57. comprehensum . Originem Festorum . Sphaerographia (egregium & dilucidè conscriptum) Compendium , aliisque eruditis scriptis scientiam Mathematicam suam probavit ; & præsertim cum anno 1680. insuetæ Magnitudinis Cœta meta appareret suas de illo observationes cum homiliâ publicavit ; unde & Serenissimo Principi Mecklenb. Gustroviensi DN. GUSTAVO ADOLPHO Gloriæ recordationis innotuit , qui proinde cum omnem operam Calendariis ut vocant à superstitionis prædictionibus repurgandis intenderet , Beati Nostri ope usus est. Unde & gratiâ semper suâ amplecti Iplum , & aliquoties ad se accersitum , suâ sponte ex suggestu in arce Ducali audire fuit Clementissime dignatus . Cum vero negotium corrigendi Calendaria momenti non minimi esset , Theologis illud tam domesticis quam exteris fuit communicatum : quâ occasione plenior ipsi obtigit cognitio amicitiaque tum Concionatorum Aulicorum tum D. Pomarii , Superintend. Lubecens . & D. Gosmanni , Superintend. Stralsund . Imo eadem occasione Anno 1691. una cum Affine , sororis suæ marito , Viro Perqv. Rever. Dn. M. Bernh. von der Linde / Eccl. Cathedral. Brandenb. in Marchiâ Pastore atque Inspetore dexterimô Wittebergam adire voluit , super hoc negotio judicium D. Mich. Waltheri , Theologi & Mathematici insignis auditurus , à quâ sanè & Dn. M. Nathan Falkio . Eccl. Philosoph. tunc Adjuncto , deinde

deinde S. Theol. D. & apud Sedin, Professore
& Pastore, tanquam Cognato Qvistorpiano hu-
manissime exceptus est. Exacto ibidem pro-
spere negotio domum rediens & oblatio Sere-
nissimo **GUSTAVO ADOLPHO**,
Calendariis iussu Ejusdem reformatis, gratiam
tanti PRINCIPIS sibi singularem auctiorem-
que reddidit, cumqve Eidem SERENISSIMO
natalem novissimum anno 1695. Carmine qvo-
dam submissè gratularetur, ex singulari Is ipsum
gratia ad Professionem Poëseos vocare est digna-
tus. Qvam tamen vocationem ipse semper
pressit, contentus honore, qvod à Tanto tam-
que Erudito PRINCIPE, Professorio qvoqve
munere dignus fuerit judicatus. Et ut perpe-
tuò ab aucupio honorum alienus fuit, ita qvo-
que Amicorum admonitionibus & incitamentis
opus habuit, priusqvarum de supremo in S. Theo-
logiâ aslumendo gradu cogitaret: Præmissis er-
go examine rigorolo & Dissertatione Inaugurali,
qvam eruditam *De Servo DEI Justo*, per notiti-
am sui multos justificante ex Jsaï. LIII. v. II. Anno
1696. d. 20. Febr. publico cum applausu defen-
dit; Promotore & Pro-Cancellario Dn. D.
ANDR. DANIELE HABICHHORST IO, S.
S. Theol. Professore Ordin. FCtis Theol. & to-
tius Academiæ t. t. Seniore, nunc Beato; Sum-
mos in Theologia honores diu promeritos d. 13.
Martii Anni ejusdem prædicti obtinuit. In

B 3

Pastorali

Pastorali autem officio ita tē perpetuo gessit, ut
Ipsius Vitæ innocentia, assidua Vigilantia, rara
Fidelitas, indefessa Industria, meritaque præcla-
ra, qvibus per integros **XLI** annos in Ministerio
Verbi tam docendo, librosque insuper Biblicos
exordiorum loco, præviis fontibus exponendo,
tum adhortando & corrigendo, erigendo, tum
egenos & pauperes re ipsa solando, ægrotos
quotidie visitando, moribundos confortando, dissi-
dentes reconciliando, eximiè fulsit; satis lau-
dari neqveant. Et hac ratione inter varias
tempestates adversitatesqve, qvas animosè fe-
rendo, feliciter in Domino superavit, tam Bo-
ni Pastoris, qvam Pii Doctoris numeros imple-
vit; perpetuis molestiis laboribusqve corpore
qvidem defatigatus, ast animō fortis & robustus;
sanitate qvidem fractus & anhelans, strenue
tamen ad ultimum usqve Spiritum, est inventus
Servus fidelis & indefessus in Vinea DEI SUI;
Qui nunc animam Ipsius, inopinā licet ast ma-
xime piā & felici mortis analysi ex hujus Vitæ
ergastulo liberare & Beatitudine cœlesti corona-
re voluit. Præeuntem morbum perbrevem ast
lethalem Vir Prænobilissimus, Experientissimus
& Excellentissimus Dn. D. JOHANNES
ERN. SCHAPERUS, Med. Prof. & Sere-
niss. Archiater Celeberrimus, Collega noster &
Amicus honoratissimus describit seqventibus:

Ad

Ad morbum B. n. quod attinet, mutago
viscida in pulmonibus copiosa & Jubinde tuso-
sim, & freqvens asthma exercitabat, impi-
mis autem de posteriori affectu oriebatur || que-
rela, ultimis sua senectutis annis quando ipse
erat eundum, ut hinc, nisi in suffocationis se
conjurare vellet periculum, inter ambulationem
ad inspirandum liberius aërem, cumq; placidio
us exspirandum quiescere cogeretur, siquidens
quiete & reparare respirationem & reficere po-
terat corpus. In hoc agro molestoq; statu B. n.
indefessò tamen suo fungebatur munere, & in
testando ergo Amicos per presentiam affectus
perquam promptus erat, ut in neutrō sic conce-
deret defectum. Idem sui favoris atq; affectus
documentum, Amico cuidam suo publicè ac so-
lenniter die 20. Nov. a. c. hic disputanti dare
cum vellet, aéri pluvioso & ingrato se com-
mittit, tenditq; suo gradu & comite Asthma-
te cum bis repetita in hocce itinere quiete ad Au-
ditorium Academia majus, huicq; actui dispu-
tatorio solenni Auditor interest. Dum a. de-
stinato ad id tempore præterlapsus egreditur, &
ad suos redire sibi proponit, eadem & consueta

B 3

respirandi

di difficultas illum comitatur, ea que ed auge-
tur magis, qvo minus ipsi quietis auxilii
hactenus sui prompti poterat dari locus; Unde
tandem ab alio forte fortuna ipsi occurrente
a B. n. tandem vocato suffultus omnes intendit
nervos, viresq, ut sacram attingeret aem,
cujus vigilansissimus in huncce ipsi fatalem usq,
diem Pastor erat, dum per eam brevissima p^r
aliis ad suos dabatur via. Quanto
suffocationis periculo autem id ab ipso erat tenta-
tum, prob! effectus docebat, scilicet summum
aderat suffocationis periculum, nec quies ibi ob-
tentia solitum admittere poterat auxilium, sed
indubitate secuta illico fuisse suffocatio, nisi ena-
tus sponte vomitus morti obturatusset inducas.
Sic ager morti proximus defertur ad suos, dum
per temporis moram insuper a^ris respertini
pluviosi frigidioris inclemencia suam simul
nocivam confert symbolam, eo ipso catar-
rhus suffocativus capit vires, comitemq, vocat
soporem. Adhibebantur quidem illico omnia,
a quibus auxiliu spes capi poterat, ad intervalla
a sopore initio excitabatur ager, iensumq, suo
orum ministerium verbis gestibus subin-
dē

dē docebat; s̄t intervalla tantum manebant,
et eveniebat in super ut quoties ipsi ad deglutienē
dum aliquid porrigebatur, id non tūsīs modo,
sed suffocationis præsentissima periculum indu-
ceret, usq; dum mucus viscidus et copiosus ne
pectus ita et fauces fauciūm terminos invio
scans, aut accessum aut effectum remediorum
si non utrumq; illudebat, sic et Catarrhus suffo-
catus et comes consitans sopor, complicati in-
signes morbi, Iuō impetu exquisitiſſima supera-
bant remedia, ipsamq; artem, et morti pan-
debant fores, cui quoq; ager suffocatus occu-
buit.

Ita est: placide exspiravit Anno hoc 1708,
D. 21. Novembr. hora inter 9. & 10. matutina,
sub precibus & benedictione Viri Maximè Re-
ver. Dn. D. JOH. NICOL. QVISTOR-
PII, S. S. Theol. Prof. Publ. O. Rever.
Ministerii Superintendentis meritissimi; ut & Vi-
ri Plur. Rever. & Præcellentiss. Dn. M. Geor-
gii Niehenckii, Pastor. ad D. Mar. optimè meri-
ti, Confessionarii sui & Collegæ Conjunctissimi:
Sub lachrymis & suspiriis Mœstiss. Viduæ filio-
rum filiarumq; Agnatorum & Amicorum,
Auditorum, Fautorum, Osorumq;


Et sic pervenit Beatus Noster Emeritus,
Summeq; Reverendus Senex JOHANNES
MAURICIUS POLTZIUS, ad quietem, qvam
curæ

curæ nullæ amplius interpellant! Sic DEO seri-
vatori suo animam & Terræ Matri purissimos
cineres reliquit, certò meditantes Resurrectio-
nem in CHRISTO! hos Cives O. O. H.
debitâ pietate, memoriqve mente, & solemnies
Exeqyias freqventi Comitatu honorare
velitis, amicè & diligenter con-
tendimus.

P. P. Sub Sigillo **RECTORATUS**
Die II. Decembris Ao. 1708.

Conventus erit ad I. Pomerid.
in Æde Virgin.





est intervalla tantum manebant,
insuper, ut quoties ipsi ad deglutientem
porrigebatur, id non tussim modo,
nis praesentissima periculum indi-
cum mucus viscidus & copiosus ne
fauces fauciunq; terminos invio-
cessum aut effectum remediorum
qz illudebat, sic & Catarrhus suffo-
comes constans sopor, complici-
bus impetu exquisitissim
a, ipsamq; artem.
s, cui quoque ex-

placidi
emb
iper
er. &
kii, Paf
onarii sui c
is & suspir
mqve, Ag
Fautorum, O
e pervenit Beatus inter Emeritus,
Reverendus Senex JOHANNES
S POLTZIUS, ad quietem, quam
curæ